

7
OBSERVATIONES
CRITICAE ATQVE EXEGETICAE
AD LOCA QVAEDAM
VETERIS TESTAMENTI.

SPECIMEN PRIMVM.

*Adiecta est ad calcem descriptio codicis 291 collationis
Kennicottianae.*

DISSERTATIO INAUGVRALIS

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
AVCTORITATE

AD

CONSEQVENDOS SVMMOS IN PHILOSOPHIA
HONORES

DIE IVNII VI. A. MDCCLXXXVIII.

PVBLICE DEFENDET

HENRICVS CAROL. ALEXANDER
HAENLEIN

ONOLDINVS

Regii Repetentium Theologicorum Collegii Sodalis.

GOETTINGAE

Typis FR. ANDR. ROSENVSCH, Acad. Typographi.

Bint. 393 (7)

264

SVMME VENERABILI

THEOLOGORVM IN ACAD. GEORGIA AVGVSTA
ORDINI

VIRIS SVMME REVERENDIS

GOTHOFREDO LESS,

REGI A CONSILIIIS ECCLESIASTICIS, THEOLOGIAE
DOCTORI ET PROFESSORI PRIMARIO
ORDINIS THEOLOGICI P. T. DECANO.

IOANNI PETRO MILLER

THEOLOGIAE DOCTORI ET PROFESSORI PVBLICO
ORDINARIO

THEOPH. IACOBO PLANCK

THEOLOGIAE DOCTORI
ET PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO

FAVTORIBVS ATQVE PATRONIS

HVMANITATE DOCTRINA AVCTORITATE
INSIGNIBVS

LIBELLVM HVNC

SVMMAE OBSERVANTIAE PIETATIS
GRATISSIMIQVE ANIMI

PIGNVS

SACRVM ESSE VVLT

AVCTOR.

Post tot et tantas virorum ingenii, eruditionis, et doctrinae laude clarissimorum curas, textui V. T. tum restituendo, tum explicando impensas, temeritatis atque impudentiae crimen effugere me vix posse arbitrarer, si meos quoque in hac criticae atque hermeneuticae sacrae parte, exercitationis acuendique ingenii causa susceptos labores, tanti aestimarem, ut in lucem publicam ea, quae observata, meditata, et tentata a me sunt, emittere aude-rem. At enimvero neque id mihi arrogo, ut novam lucem tenebris ab aliis relictis hisce meis observationibus affundi posse credam, neque ingratus summorum virorum in eodem tramite versantium operam spernere, meaque qualiacunque in hac re conamina iis, ne dicam anteponere, sed aequiparare cupio; sed timidus, reique

A cum

tum gravitatis, tum difficultatis, viriumque mearum exiguitatis probe conscius, ab hoc consilio, observationes criticas atque exegeticas ad loca quaedam V. T. edendi, prorsus abhorruissem, nisi temporis munerisque, clementissime mihi deman-
dati, ratio ad exhibendum aliquod specimen profectuum in philologia quam vocant sacra, sacrique codicis interpretatione factorum me adegisset, atque ex ea maxime hujus scientiae parte materiam scriptionis hujusce eligere voluissem, qua prae aliis me delectari, cujusque studio me maxime flagrare profiteor. Veniam itaque a quovis aequo et harum rerum perito iudice me impetraturum esse, sententiamque de hoc meo conatu latum iri indulgentem confido, si quid hallucinatus, et in re difficillima, in qua, quantum summa saepius ingenia offenderint, ignotum nemini esse potest, errori aliquando obnoxius, atque in lubrica hac via lapsus, vel minus feliciter versatus fuero, cum non tam nova conquiren-
di

di studio incensus, aliosque docendi stolidi cupiditate inflatus, quam placido eruditorum examini hanc meam opellam submit- tens, eorumque sententiis, utrum recte an minus caute in hac re versatus fuerim, edo- ceri cupiens, hanc qualemcunque scriptio- nem publici juris faciam. Justam glorian- di materiam me nactum esse arbitrabor, si institutione egregia *illustris* MICHAELIS et HEYNI atque S. V. HUFNAGELII, quos fautores atque praeceptores summa pieta- te nunquam non venerabor, me haud in- dignum, aliorumque clarissimorum viro- rum scriptis justo modo usum fuisse, pro- nunciabunt ii, quibus judicandi facultas in hac litterarum parte competit, meque ad ulteriora studia excitandum esse statuent.

OBSERVATIO I. AD PS. IV, 7.

Comma hujus versus ultimum

כסה עליונו אור פניך יהוה

vix commodum exhibet sensum, si maso- rethicis punctis verba animantur. Duplex

saltem anomalia scriptionis ex communi interpretum sententia admittenda est, si נסה pro נשא, ט loco ש et ה loco נ positum esse putatur. Quamvis haec interpretatio Chaldaei et Aquilae inter veteres, et Abenefrae atque Kimchii inter Rabbinos testimonio nititur, et Cod. 245 Kenn. qui נשא exhibet, lectione firmatur, locisque parallelis Num. VI, 23. 26. Prov. XVI, 15. Ps. XLIV, 4. defendi potest, vereor tamen, ut regulis grammaticis et exemplis (*) haec anomalia probari possit. Varia inde orta sunt conamina lectionem vel mutandi, vel aliter explicandi. E veteribus jam Alexandrinus interpretes vocem נסה a ט vexillum, signum militare, derivavit, et

(*) quae enim in Notis uberius Jo. HENR. MICHAELIS afferuntur exempla Ps. LX, 4. רפה pro רפה Job. IV, 2. הנסה pro הנשא et Gen. XXIII, 6. Jer. XIX, II. partim nihil omnino probant, cum vel sine mutatione scriptionis sensus horum locorum commodus existat, partim huc non transferenda sunt, quoniam duriusculum esse videtur, duplicem in uno eodemque verbo accipere orthographiae aberrationem.

et in praet. Niphal נִסָּה pro נִסָּה elocutus
est. Vertit enim haec verba: εσημειωθη εφ
ημας το φως τσ προσωπσ σσ κυριε, adstipulante
Vulgato: *signatum est super nos lumen vul-*
tus tui, et Arabe: *jam illuxit nobis lumen*
vultus tui. Sequitur hos illustris MICHAELIS,
ita tamen, ut in imperat. Piel נִסָּה pro-
nunciandum esse contendat, *lumen vultus*
tui, o domine (i. e. si hebraismum nostro lo-
quendi more exprimere volumus, gratia
tua, o domine) *sit vexillum nostrum*. Sy-
rum interpretem legisse נִסָּה et נִסָּה perhi-
bent criticorum plurimi, vertit enim: *pro-*
tendet (נִסָּה) *super nos lumen vultus*
sui, sed ex consueta etiam lectione eandem
versionem exsculpere potuit, dummodo
נִסָּה in Piel pronuntiavit, derivatum a נִסָּה
vexillum quod elevatur aut protenditur in
conspectu exercitus. Meliorem fortasse
verba alio modo divisa, aliisque punctis
vocalibus animata sensum fundent: *vexil-*
lum nostrum est deus altissimus, lumenque vult-
tus tui o Jehova

בַּס הַעֲלִיז וְאֹר פְּנִיךְ יְהוָה.

Hoc saltem modo verba praecedenti interrogationi: "*quis monstrabit nobis felicitatem, vel in quem intuentes felicitate fruemur, felicem belli exitum sperare poterimus*"? aptissimam hanc reddunt responsionem: "*Altissimus est vexillum quod intueri et sequi debemus, gratia tua o domine nos felicitatem exspectare jubet.*" Vitatur etiam hac explicandi ratione subita et incommoda orationis mutatio, qua ex vulgari interpretatione poeta ab interrogatione statim ad precationem transit. Alia etiam verborum divisione, lectionisque mutatione, antea hunc locum restituere tentaveram:

בַּסְּכֵר עֲלִיז וְאֹר פְּנִיךְ יְהוָה

quae eundem sensum fundit, et in eo etiam conjecturae modo expositae praestare videtur, quod obscuriori עליכו suffixum substituitur nomini בס junctum; attamen cum paullo audacior sit haec mutatio, (quamvis figurarum ה et כו similitudo permutationis earum ansam facile praebere potuit) in

ea quam supra proposui conjectura acquiescere, quam temeritatis crimine onerari malo. Silentio interea praeterire nequeo lectionem Cod. Kenn. 291. a KENNICOTTO praetermissam, quae aliquid roboris interpretationi vulgari addere videtur. Habet nimirum in margine Keri כִּרְיָהוּ, apertum itaque testimonium exhibet, lectionem hanc olim in codd. etiam hebraicis fuisse longe, quam nunc est, frequentiore.

OBSERVATIO II. AD Ps. VII, 9.

Postquam in antecedentibus versibus vates precibus ad deum fuis questus erat de hostium injuria, falsisque quibus famam illius aspergere solebant criminationibus; innocentiam suam tandem a deo vindictam iri sperat, illumque ad ultionem provocat. Sistit itaque deum tanquam iudicem in tribunali sedentem, cinctum populorum corona, atque sententiam contra iniquos e coelo quasi pronunciantem. *Sur.*

ge, inquit, Jehova ultor, contra hostium meorum furorem te extolle, adsis mihi tu qui justitiam pollicitus es. Cinctus sis gentium agmine, summumque tribunal conscendas. Jehova, gentium iudex, de me quoque sententiam secundum probitatem integritatemque meam pronuncia. Turbat in hoc versu sensum vox עָלַי eumque maxime frigidum reddir, si vertatur: quae est penes me. Quae vocis עָלַי significatio ne quidem exemplis probari potest, cum ea quae afferuntur Ps. XVI, 6. XLII, 5. et Hof. XI, 8. a nostro loco, et sensu, et dictionis forma aliena sint. Si conjecturae locum hic darent veterum interpretum codicumque manuscriptorum varietates, suspicarer pro עָלַי legendum esse אֵלַי vel עָלַי: sed nulla in his deprehenduntur lectionis corruptae locique adfecti vestigia, quibus audacior ejusmodi coniectura tueri se possit. Alexandrinus enim, Vulgatus, Aquila, Symmachus, et Hieronymus vocem עָלַי ad verbum, quamvis inepto et languente sensu,

exprimunt. Omittunt illam quidem Syrus
 atque Arabs, sed magis fortasse quod
 pleonastice illam hoc loco positam arbi-
 trati sunt, quam ob codicum quos secuti
 sunt a consueta lectione aberrationem.
 Chaldaeus supplet vocem פִּרְעַת quae alias
 hebraico גְּמֹל respondet, ut v. c. Ps. XIII,
 6. ejusque auctoritatem secuti HVBIGAN-
 TIVS et KÖHLERVS, in hebraico etiam tex-
 tu vocem גְּמֹל post עָלַי inferendam esse
 monent, eamque ob soni vocis sequentis
 יִגְמֹל similitudinem facile excidere potuisse
 asserunt. At enimvero neque Chaldaei in-
 terpretis auctoritas, in ejusmodi ellipsis
 supplendis suo i. e. paraphraetae jure uten-
 tis, tanta est, ut unico ejus testimonio fre-
 tus refingere textum hebraicum, novisque
 verbis ditare auderem, neque nostri loci
 ratio ita comparata, ut ad ejusmodi reme-
 dium confugiendum nobis esse videatur.
 Melius fortasse sensui hujusce loci succur-
 ritur, nexusque orationis restitui potest,
 si mutatis tantum punctis vocalibus, aliaque

versuum divisione instituta, vox עָלַי enun-
 ciata עָלַי jungatur verbo sequenti יִגְמֹר in
 Niphal יִגְמֹר pronunciando, quocum etiam
 Ps. LVII, 3. עָלַי junctum, et simili modo
 Ps. CXXXVIII, 8. cum בְּעָדַי constructum
 deprehenditur. Sensus inde prodit pro-
 bus, atque orationis nexui consentaneus
 hic: *perficiatur, desinat mei causa iniquitas
 vel malitia perversorum, i. e. finis illorum co-
 naminiibus me destruendi imponatur.* Ex par-
 te eandem interpretationem praeiit *illu-
 stris* MICHAELIS et S. V. SCHVLZIUS,
 quorum ille יִגְמֹר legendum, hic etiam
 עָלַי cum hoc יִגְמֹר conjungendum esse sta-
 tuit, in eo tamen a nostra explicatione di-
 versi, quod ille vocem עָלַי prorsus tan-
 quam pleonastice positam neglexit, hic ad-
 scita alia verbi גְּמֹר significatione, reliquis
 locis ubi idem verbum occurrit parum
 conveniente, interpretatus est: *depellatur
 a me malorum iniquitas.*

OBSERV. III. AD PS. XVIII, 35.

Verba hujus versus, in quo vates opem a deo sibi latam celebrat, per se quidem facilia sunt intellectu, eorumque sensus ope parallelismi membrorum sine difficultate constituitur. Quod enim in altero membro exprimitur verbis

מלמד ידי למלחמה

docens manus meas gerere bellum

idem in altero membro significare debent verba

וכחתי קשת כחושה זרועתי

Attamen duplex restat in his verbis difficultas, altera eorum constructionem, altera lectionem ipsam spectans. Vox enim וכחתי, vel in Niphal accepta pro כחתי jungi potest cum sequenti קשת, subintellecto כ ante זרועתי, vertique: *deprimitur vel incurvatur arcus aeneus brachiis meis*, vel in Piel posita construi cum זרועתי (ex more Arabum, nomina pluralia quae humana vocantur jungendi verbis singularibus, de qua re videatur *illustris* MICHAELIS grammati-

matica arabica §. 70. p. 240 et §. 71 p. 248. ubi locus Exod. XVII, 12. ויהי ידיו affertur nostro plane similis, et *illustris* PFEIFFERI Grammatica ebraica, qui eundem de quo hic agitur locum §. 47 ad eandem rem probandam adhibuit) ut sensus sit: *descendere faciunt vel incurvant brachia mea arcum aeneum.* Sed de ipsa etiam lectione vocis ונתפה dubitatio suboritur. Veteres enim interpretes ad unum omnes legisse ונתפה ex S. V. DATHII animadversionibus ad Psalterium Syriacum, et KÖHLERI ad hunc psalmum observationibus constat, eandemque lectionem confirmat codicis 546 apud KENNICOTTVM suffragium. His itaque testimoniis commotus vix dubitarem cum KÖHLERO hanc veterum interpretum lectionem vulgatae praeferre, sensumque hujus hemistichii sublimiorem atque poetos indoli magis convenientem inde elicere: *similia reddis brachia mea arcui aeneo i. e. firma hostibusque meis terribilia.* Notari etiam hic meretur singularis lectio codicis

291 collationis Kennicottianae, male a KENNICOTTO excerpta. Legit nimirum hic codex, cujus infra paullo uberiores addere licebit descriptionem, וְנִעְתָּה, KENNICOTTO tantummodo ן ommissum esse observante. Quae lectio, quamvis posthabenda vel vulgatae, vel antiquiori in versionibus veterum interpretum expressae, et ex mendo fortasse, sive scribae, sive typographi orta, sensum tamen fundit haud contemnendum, dummodo aliis animetur punctis vocalibus, וְנִעְתָּה. Sic enim enunciata haec vox ab עִית curvus fuit, media tamen ך hic quiescente, quod alias huic verbo insolitum est, derivari, vertique posset: *incurvatur brachiis meis arcus aeneus.*

OBSERV. IV. AD Ps. XIX, 14.

Haeferunt interpretes in hoc versu circa constituendum vocis אֵיתָם sensum. Alii enim derivantes illam a אֵיתָם ex consueta hujus vocis significatione verterunt: *infanti tunc pupillo similis ero quoad innocentiam,*
alii

alii, quibus nimis longe petita videbatur haec interpretatio, conferre maluerunt verbum מִמֶּנִּי , quod vel formam hic a מִי , conjectura minus probabili, et legibus grammaticae parum conveniente, mutatum esse contendunt, vel mutata lectione in מִמֶּנִּי huic loco restituendum esse asserunt, vertentes: *tunc integer ero purusque a graviore delicto.* Novam hujus vocis explicationem dedit illustris MICHAELIS in Supplem. ad lexica hebraica p. 1189: ex arabico usu vocis مِنْ-أَنْفِي remansit: *a proaereticis peccatis serva servum tuum, tunc remanebo et innocens ero a defectione magna.* Praeferendam tamen arbitror explicationem alteram, medio loco positam, mutandamque lectionem מִמֶּנִּי in מִמֶּנִּי , cum non solum omnes veterum interpretum versiones huic mutationi suffragari videam, sed quinque etiam codices KENNICOTTIANI conjecturae HOVBIGANTII de ommittenda littera י adstipulentur, quibus addere possum Cod. 291 KENNICOTTI (edit. Psalterii

terii Wittembergae 1566 factam) ab ipso praetermissum, qui in margine habet \square \square \square , consentiente etiam altera ejusdem Psalterii editione, quae alias errores, mendo typographi in priore editione commissos, corrigere solet.

OBSERV. V. AD PS. LII, 3 et 9.

Describit hocce carmen, ad historiam procul dubio 1 Sam. XXI, 8. et XXII, 6. seqq. relatam, cui ipsa jam inscriptio illud applicat, referendum, et Doëgo Davidem Saulo proidenti oppositum, malitiam factumque maligni istius proditoris, et poenas illi minatur divinitus inferendas, clauditurque, uti plurima similis argumenti carmina a Davide composita, spe auxilii divini, restitutionisque in feliciorum statum mox obtinendae, grataque et pia mente nunquam non celebrandae. Orditur poeta v. 3. ab insigni adversarii sui malignitate, qua gloriam adeo sibi comparare malefactorum suorum enarratione studeat:

quid

quid gloriaris, inquit, de malo, tyranne?
cum gratia dei in perpetuum duratura sit.
 Sic saltem ex lectione textus masorethici
 verterunt plurimi interpretes, sensum ita
 constituentes, ut gratia dei, qua Davides
 contra injurias adversarii defenditur, op-
 posita sit a poeta malignitati hostis sui, ca-
 lumniisque, quibus illum Saulo infestum
 reddere studebat. At enimvero inepta haec
 oppositio nonnullis, ipsaque vocis $\tau\omicron\pi$ ex-
 plicatio de benignitate qua deus Davidem
 adhuc auxerat, porroque defensurus erat,
 verbique finiti ellipsis durior visa est, prae-
 fertim cum antiquiorum etiam interpre-
 tum in hujus versus expositione dissensus,
 locum in mendo cubare prodat, textum-
 que masorethicum suspectum reddat. So-
 lus enim Chaldaeus vulgatae lectioni et ex-
 plicationi suffragium fert, Alexandrinus
 vero, quem Vulgatus et Arabs sequuntur,
 habet: $\tau\iota$ $\epsilon\gamma\kappa\alpha\upsilon\chi\alpha$ $\epsilon\nu$ $\kappa\alpha\kappa\iota\alpha$ δ $\delta\upsilon\nu\alpha\tau\omicron\varsigma$ $\alpha\nu\omicron\mu\iota\alpha\nu$;
 $\delta\lambda\eta\nu$ $\tau\eta\nu$ $\eta\mu\epsilon\rho\alpha\nu$ $\alpha\delta\iota\kappa\iota\alpha\nu$ $\epsilon\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\alpha\tau\omicron$ η $\gamma\lambda\omega\sigma\sigma\alpha$ $\sigma\theta$.
 Legisse itaque videtur $\sigma\mu\pi$ pro $\tau\omicron\pi$, omisso
78,

אל, vocibusque כל-היום cum sequente commate junctis. In hac verborum versuumque divisione Syrus quoque cum illo consentit, in eo tantum diversus, quod pro חסד legisse videtur חסיד, transpositumque hoc verbum cum sequente אל, cum pronunciato, ad sequens comma quoque retulit. Habet enim:
 לִפְנֵי שְׁמַיִם אֵלֵּי
 כִּיבִינְנוּ יְיָ בְּיָמֵינוּ כִּי
 חָסִיד אֱלֹהֵינוּ לִפְנֵי
 His itaque rationibus commotus HOVBIGANTIVS ex conjectura mutavit תַּגְבוּר in תְּגִבּוּר, et חסד praeunte Syro (quem tamen neque ab ipso, neque a S. V. DOEDERLEINIO in testimonium vocatum esse miror) in חסיד, vertitque: *num praevalere tentas pium dei cultorem?* sequentia verba ad quartum versum referens. At S. V. DOEDERLEIN, cui arrisit HVBIGANTII expositio, ne hanc quidem litterae ה in ת mutationem necessariam esse ratus, aliis tantummodo vocalibus animatam vocem תַּגְבוּר pronunciavit

הַגְּבוֹר *num invadere* (sc. fas est) *pium dei cultorem?* Vereor autem, ut ellipsis haec in infinitivo הַגְּבוֹר magis accepta sit interpretibus, quam illa quae vulgatae explanationi obstat in exponenda vocis חָסֵד significatione. Mallem itaque vel sola Syri auctoritate innixus legere:

וְאֵל חָסִיד כָּל הַיּוֹם הוֹוֹת תַּחֲשָׁב
 לְשֹׁנְךָ כְּתֵעַר מִלְטָשׁ
 עֲשֵׂה רַמְיָהּ

Quid gloriaris de iniquitate, o tyranne? et damna machinaris quotidie contra pium? lingua tua similis novaculae acutae, fraudes faciens: vel ad HVBIGANTII conjecturam propius accedens textum sic constituere:

תִּגְבוֹר אֵל חָסִיד

quid oppugnas pium, vel insolenter te contra illum effers?

cf. Job. XV, 25. XXXVI, 9. et quae illustris MICHAELIS de hac vocis גְּבוֹר significatione in *Supplem. ad lexica hebraica* notavit p. 261. Quae sequuntur v. 6-8 intellectu facilliora sunt, sensumque fundunt

optimum, praesertim si v. 6. vox דברי בלע ex mente *illustris* MICHAELIS (Suppl. p. 187) vertatur: *callidae obtrectationes*, et v. 7. pro וְיִשְׂרָאֵל legatur וְיִשְׂרָאֵל *et stirpem, sobolem tuam*, quod praeter Chaldaicum omnes etiam antiquiores interpretes exhibent.

In versu autem nono insunt iterum nonnulla, quae medicas interpretis manus desiderare videntur. Continet nimirum subfannationes piorum, poenas malo inflictas spectantium, et bonae causae triumphum celebrantium. *En*, inquit, *tyrannum*, (pro הַתְּבַר enim mutatis punctis vocalibus cum *illustri* MICHAELIS praefero הַתְּבַר, quoniam aperta hic est allusio ad descriptionem iniqui initio psalmi datam, longeque gravior hac mutatione sententia redditur) *qui in deo praesidium non habuit, sed divitiarum suarum abundantia confisus, GLORIAM SIBI PERPETRANDIS MALIS QVAESIVIT.* Ultima hujus versus verba יְעוּ בְּהוֹתוֹ varium admittunt sensum, varie-

que ab interpretibus exponuntur. Alii enim vertunt: *impietati suae fidebat*, (vel ex derivatione a *הווי* *concupivit*, *أَهْوَى* *cupiditates*, sensu malo *desideria impia* cf. SCHULTENSIVS ad Prov. X, 3. XI, 6. vel ex collatione vers. 3. ubi *הווי* eodem sensu occurrit) alii: *roborabatur divitiis suis*, (derivantes vocem a *הווי* *accidit*, praeunte Chald. *עָשִׂין בְּמַמְוִיָּה* et Syro: *حَفِنَانًا*) alii: *auctus est opibus ad perniciem suam* (simili sensu ac latinum: tolluntur in altum ut lapsu graviore ruant, posito *ב* pro *ל*, ut Ps. XXXV, 8. *לְשׂוֹאָה* pro *בְּשׂוֹאָה*) Habet itaque quaevis harum interpretationum, quibus se tueatur, argumenta, ex vocis significatione, et linguae genio petita. Interim, si totam orationis seriem, verborumque nexum spectamus, duplex tantum hujus hemistichii expositio admitti potest. Altera, quae parallelismum cum antecedentibus verbis *עָשִׂין בְּמַמְוִיָּה* servat, et Chaldaei atque Syri testimonio firmata

mata secundo loco supra proposita est, *roborabatur divitiis suis, vel firmum, validum, ab omni periculo tutum se putavit opum abundantia.* Altera, quam ipse in versione huius commatis expressi: *gloriam sibi perpetrando malis quaesivit, quamque caeteris praefero, quoniam ad sententiam versus 3, ad quem hic versus alludit, propius accedit, verbisque מה תהלה ברעה apte respondet, et ex parte etiam Syri auctoritate firmatur, qui יעז inteepretatus est 222* *superbiebat, pluribusque locis, ubi hebraicum עז gloriam significat, synonymumque est vocis כבוד, defendi potest. Neque obstat huic interpretationi insolentior suffixi usus. Notum enim est, suffixa facilius ita usurpari, sufficiuntque ad hanc rem probandam exempla Ezech. XXI, 28. הרפתם opprobrium quo ipsi alios affecerunt, et Psalm. VII, 17. עמרו et חמסו molestia violentiaque, quam aliis intulit.*

OBSERV. VI. AD PS. LXIV, 7.

Locum hunc, si quem alium, corruptum esse, criticaque ope indigere, clamant, non veterum tantummodo interpretum, sed codicum etiam hebraicorum varietates. Quamvis enim lectio masorethica duplicem, eumque haud ineptum sensum admittit, alterum, si vertatur: *investigant* (sc. hostes mei) *flagitia, nos vero innocentes sumus: anxie perscrutantur omnia*, (vel ad verbum: investigatio investigata est i. e. sollertissime facta est) *quin etiam intima hominum sensa, cordisque profunditates*: alterum si verba ita exponantur: *consilia exquirunt prava, consumti sumus, actum de nobis est, consilia* (hostium meorum) *sollenter excogitata sunt, profundumque et impervestigabile est intimum cujusque cor* (i. e. nemo in eorum consilia penetrare, seque contra machinationes eorum defendere potest.): tanta tamen est in codicibus et versionibus lectionis diversitas, ut

con-

conjectura tantum, quae pro genuina habenda sit, assequi liceat. Uberiorem harum varietatum recensum dederunt KÖHLERVS in *Repertorio* T. IX. p. 94. 99 et SCHNURRER in *Animadvers. ad quaedam loca Psalmorum. Fasc. I. p. 24.* Superfedere itaque possum vel his enarrandis, vel variorum interpretum et criticorum de hoc loco conjecturis atque sententiis uberius exponendis, paucisque tantum nostram sententiam, rationemque, qua sensum et lectionem hujus loci restituere conati sumus, tradam. Praeferre consuetae lectioni טמנו malle m^o טמנו, quae plus quam quinquaginta codd. Kennicottianorum testimonio nititur, et ex DOEDERLEINII etiam KNAPPII atque DATHII aliorumque criticorum et interpretum sententia, non obstantibus iis, quae *illustris* MICHAELIS in *bibl. Or. T. I. p. 181* acute contra illam monuit, assensum meretur, et pro וקרב restituere מקרב, quod Symmachus expressit. Vertere hinc licet: *exquirunt consilia prava*

(insidias mihi struunt) *occultantque machinationes sollerter excogitatas* (הפש מחפש ex noto hebraismo, quo idem vocabulum sed in diversa forma positum repetitur, ad majorem rei gravitatem exprimendam.) *ab ingenio humano, menteque acutissima* (vel animo profundissimo i. e. omnia quamvis profunda atque recondita sint perferutante). In ultimorum verborum expositione S. V. DOEDERLEIN jam praeivisse laetor, utrum vero illius verborum praecedentium versio an nostra faciliior sit, sensumque magis expeditum praebat, alii dijudicent.

OBSERV. VII. AD PS. LXXVIII, 9.

Duplici mendo laborare videtur vulgaris hujusce versus explicatio, altero quod דשק vertitur *armati*, ex collatione radicis arabici نشق *attraxit*, quod cum ששק conjunctum *attrahere arcum, illum intendere* esse voluerunt lexicographi, cum tamen ששק hebraice דשק esse debeat; altero, quod

quod historia cladis tribui Ephraim illatae huic loco minus apta est, quoniam hic nondum de singulis rebus gestis in historia gentis suae memorabilibus poeta loquitur, sed de universa ejus indole, quod praeceptis divinis parum morigeri, beneficiorumque dei saepius obliti fuerint Israelitae. Tollitur quidem prior defectus recentiorum interpretum opera, qui arabicum *نسق* aptare, in ordinem disponere, et inde instruere aciem, in auxilium vocant. Oritur inde melior versio: *Ephraimitae sagittariorum aciem instruentes, terga vertunt die proelii.* Sed tamen alterum adhuc desiderandum restat, sive enim ad rem i Paral. VII, 21. narratam, uti Chaldaeus paraphrastes Judaeorumque nonnulli, sive ad cladem Ephraimitis post exitum ex Aegypto illatam, cujus Num. XIX, 40. mentio fit, uti KIMCHIVS et alii, sive ad historiam feriorum temporum, Jud. XII, 1-6. relatam, sive denique ad tristia fata, quae tota Israelitarum gens, quamdiu tribus

Ephraim primas partes tenuit, experta est, poetam hic alludere statuamus, inepto tamen loco semper hic versus insertus esse videtur. Haec itaque cum in animo volverem, duplex tandem superesse visa est ratio, difficultates hujus loci tollendi, nexumque cum antecedentibus et sequentibus versibus restituendi. Altera est, si vocem פֶּשֶׁק cum arabico نَسَق collatam vertere liceret: *similem esse, aequalem esse*, ex notione hujus vocis primaria: *ordinare, aequaliter disponere*, cui cognata est altera, *juxta se ponere, comparare*, et intransitive: *aequalem, parem esse*. Simile quid saltem observare licet in voce עָרָךְ , quae itidem significationem comparationis, et aequalitatis saepius involvit, ex primaria ejusdem vi, qua *ordinare, disponere* significat, derivandam. Neque desunt nonnulla, quae voci etiam نَسَق hunc significatum non alienum fuisse probare fortassis possint. Habet nimirum CASTELLVS in lexico Heptaglotto col. 2337 تَنْسِيف

ordinatio, cum aliqua inter se conferuntur,
 𐤒𐤓𐤕𐤓 *sidus Gemini,* النسيان *duae stellae*
circa Librae lances, quae omnia, ni fallor,
 significatum aequalitatis, similitudinisque in-
 ferunt. Haud quidem me latet, opponi pos-
 se huic expositioni constructionem, quae
 ex hoc significatu 𐤅 ante 𐤒𐤓𐤕𐤓 requirere vi-
 detur: sed in hoc etiam favet nostrae ex-
 plicationi analogia vocis ערך, ea enim, in
 eodem significatu posita, saepius cum solo
 accusativo occurrit v. c. Hiob XXVIII, 17.
 19. Ps. LV, 14. et Hiob XXXVI, 19. (ad
 quem locum videatur *illustris* MICHAELIS
 versio germanica). Haec itaque si sequi
 liceret, verterem locum nostrum: *Ephrai-*
mitae (i. e. Israelitae, ob praecellentiam tri-
 bus Ephraim ejus nomine insigniti, uti
 postea saepe vocantur בני יהודה) *similes*
sunt, vel comparandi sunt sagittariis, qui
terga dant die proelii (i. e. perfidi sunt, ex
 trita imagine, quae versu 57 carminis no-
 stri, Hof. VII, 16. simili modo expressa re-
 currit). Eundem sensum, solam perfidiae
 Israe-

Israelitarum imaginem continentem, inveniunt etiam S. V. DOEDERLEIN atque DATHIVS, sed alio prorsus modo, sup-
 plentes nimirum ὁ similitudinis ante vocem
 אָרְמָנִים, eamque vertentes: *armati*, ex usu,
 quem neque lexicographi satis probarunt,
 neque veterum interpretum in hoc loco te-
 stimonia confirmant. Altera ratio, qua
 succurri posse huic loco arbitrabar, ea est,
 ut communem quidem ejusdem interpreta-
 tionem accipiens, vatemque vel ad singu-
 lare aliquod factum, in historia gentis re-
 latum, vel ad omnes, quas regnante tribu
 Ephraim Israelitae perpeffi sunt, in bello
 calamitates respectum habuisse ratus, lo-
 cum tamen hujus versus mutandum, eum-
 que infra post versum 62 vel 64 inseren-
 dum esse conjectarem. Aptior certe colo-
 co cladis hujusce mentio fieret, ubi plura
 recensentur mala, quibus deus Israelita-
 rum sub principatu tribus Ephraim inobe-
 dientiam, corruptosque mores mulctave-
 rat. Sed criticis destitutus argumentis, ma-
 jorem

jorem huic conjecturae probabilitatem, veritatisque aliquam speciem comparare nequeo, libentique animo vel hanc vel superiorem rationem deseram, simulac certiora firmioraque, sensumque magis expediencia se monstrabunt.

OBSERV. VIII. AD Ps. LXXXVII, 7.

Quae in prioribus hujus carminis, laudes Hierosolymarum canentis, versibus occurrunt difficultates, recentiorum interpretum, et praesertim *illustris* MICHAELIS opera, feliciter sublatas esse, sensumque illorum versuum nulla amplius obscuritate laborare arbitror, si secundum ea, quae in Bibliothecae Orientalis Parte XII. p. 191-193 monita sunt, legamus versu 3 מְדַבֵּר pro מְדַבֵּר et versu 4 רָחַב pro רָחַב, et phrasin versus 5. אִישׁ וְאִישׁ ex analogia formularum אִישׁ וְאִישׁ Ps. XII, 3. et אִישׁ וְאִישׁ Deut. XXV, 13. et עֵיר וְעֵיר Efr. X, 14. vertamus: *omnium vel variarum diversissimarumque gentium*

tium homines. Sed parum mihi sufficiunt
 ea, quae ad versus 7 explicationem apud
 alios notata inveni. In eo quidem conve-
 niunt fere omnes, mendosam esse hujus
 versus lectionem masorethicam, neque
 quemquam credo fore, qui S. V. DATHIO
 assentiri velit, receptam lectionem sequen-
 ti, illamque ex GEIERI et aliorum antiqui-
 orum interpretum mente vertenti: *omnes*
 (sc. felicitatis meae) *fontes in te sunt.*
 Quamvis enim inficias ire nolim, quod ad
 firmandam sententiam suam *Vir S. V.* ad-
 didit, fontes pro rebus utilissimis et jucun-
 dissimis dici; neutiquam tamen exemplis
 idoneis probari poterit, vocem מקור et
 מעין unquam sine ullo adjecto positam hoc
 significatu metaphorico inveniri, quod vel
 iis ipsis locis, quae GEIERVS et Jo. HENR.
 MICHAELIS hic attulerunt, Es. XII, 3. Hof.
 XIII, 15. Joel. IV, 18. Zach. XIII, 1. Psalm.
 XXXVI, 10. confirmatur. Quin veterum
 etiam interpretum versiones, male se ha-
 bere lectionem receptam, locumque hunc
 sana-

fanari, nisi adhibita falce critica, non posse, luculenter satis testantur. Varietates earum in eo conveniunt, ut vel כְּעֵבִי sine י, vel כְּעִוְבִי posito ו pro י, olim scriptum, et in textu quem Alexandrinus sequitur vocem וְשָׁרִים alieno loco, ante הַזֶּה in versu 6, positam fuisse, constet. Habent enim LXX, quos Vulgatus et Arabs sequuntur: κυριος διηγησεται εν γραφη λαων και αρχοντων τστων των γεγεννημενων εν αυτη. διαψαλμα. ως ευφραينوμενων παντων η κατοικια εν σοι. (כְּעִוְבִי vid. BIELII Thesaur. in voce κατοικητηριον P. II. p. 179.) Syrus vertit: כְּעִוְבִי לְיָ וְשָׁרִים לְיָ וְשָׁרִים לְיָ וְשָׁרִים לְיָ (Legit itaque וְשָׁרִים et כְּעֵבִי vel כְּעִוְבִי, et כֹּל pro וְכָל, nam verba כְּעִוְבִי, ex interpolatione e versione graeca orta esse, res ipsa docet, ut acute observavit S. V. DOEDERLEIN) Chaldaeus vertit: *et cantica canunt in choris, omnes laudis species ad sacrificia dicuntur in medio tuo.* (legit itaque כְּעִוְבִי vid. 1 Sam. II, 29.) Codicum vero,

vero, quos KENNICOTTVS contulit, a consueta lectione aberrationes in censum referri vix merentur, omnes enim ita comparatae sunt, ut mendo scribarum ortae, nihilque ad restituendum textum hebraicum conferre posse videantur. Veterum itaque vestigiis insistens S. V. DOEDERLEIN legere voluit: וְשָׂרִים כְּחֹלְלִים כֹּל כְּעֵפִי בְךָ *et hostes (שָׂרִים vel שָׂרִים pro שֹׂרְרִים) tanquam profani erunt, (ex significatione cognatae vocis חֹלְלִים profanum) omnes qui te adflixerunt: vel ex alia conjectura, litterisque aliter divisis: וְשָׂרִים כְּחֹלְלִים כֹּל כְּעֵפִי בְךָ et omnes hostes tanquam profani erunt, (ejecti e sanctuario) oculi mei in te sunt (i. e. equidem te respicio et cura tutelaque mea haud dedignor.) Illustris MICHAELIS vertit: Sänger und Tänzer werden insgesamt gleich seyn, auf dich ist mein Auge gerichtet: (legens: כָּלֵם עֵינֵי בְךָ) eumque ex parte sequitur S. V. KNAPP; qui interpretatus est: in dir (Zion) sind Sänger und Tänzer sich gleich, und alle Wech-*

Wechselchöre (ex auctoritate veterum interpretum pro מַעֲבֵי restituens מַעֲבֵי, idque in part. Piel ab עָבָה derivatum pronuncians (מַעֲבֵי)). Variis hisce summorum virorum conaminibus novas addere conjecturas eo minus dubito, quo magis ipsi, se nihil certi de hujus loci interpretatione statuere velle, aliaque adhuc expectare, professi sunt, praesertim cum nihil magis exoptatum mihi contingere possit, quam si iudicium ferre de hac nostra qualicumque opella, meque, ubi erraverim, meliora docere ILLIS placeret. Duplici itaque modo hujus versus difficultatibus remedium afferri posse arbitror, vel si legatur:

וְשָׂרִים כְּחַלְלִים כֹּל מַעֲבֵי בָּךְ

vel si textus ita refingatur:

וְשָׂרִים כְּחַלְלִים כֹּל מַעֲבֵי בָּךְ

Priorem lectionem, quae Alexandr. Vulg. Ar. Syrique auctoritate nititur in voce וְשָׂרִים, et ejusdem Syri testimonio saltem quoad litterarum mutationem confirmatur in voce מַעֲבֵי, verterem: *Principes quoque*

inniscent se tripudiantium choreis, alternisque choris canunt omnes, qui in te sunt i. e. omnes hujus urbis incolae. Sensus esset: summo splendore celebrabuntur in hac urbe festorum sollempnia, principes atque magnates populorum, quos supra vates recensuit, choreas saltantium non indignas habebunt, quibus ipsi intersint, omnesque hujus civitatis incolae alternis choris canentes laudes dei efferent. Posteriores, quae pressius adhuc sequitur textum masorethicum, exponerem: *Cantant saltantque omnes qui te inhabitant* i. e. omnes hujus urbis cives festos indefinenter dies celebrabunt, ducendo choreas, chorisque alternis canendo, laetis semper jubilantium vocibus civitas resonabit. Vix est quod moeam, מְעִיָּי derivatum esse ab עִיָּי habitare, in forma מְקַטִּיל.

OBSERV. IX. AD PS. CXIX, 128.

Solum fere locum in universo hoc carmine, qui male descriptus ad nos pervenerit,

rit, et critices ope restitui debeat, esse ver-
 sum 128, confitentur uno ore veteres recen-
 tioresque critici atque interpretes, vel fal-
 tem variis artibus, quibus textus recepti
 sensum magis fluidum reddere studebant,
 restatum eunt. Commodam certe non ad-
 mittunt explicationem verba על-בין-כל -
 על-בין-כל ישראל: five enim alterum כל ex
 auctoritate Chaldaei interpretis pleonastice
 positum esse vel potius emphatice putes,
 illudque vertas: *omnia inquam*, five illud
 ex mente *illustris* MICHAELIS, quem S. V.
 KNAPP hic sequitur, praeceuntibus jam an-
 tiquioribus interpretibus, per ellipsin po-
 situm esse contendas, supplendumque:
omnia praecepta tua de omnibus rebus, vis
 semper aliqua verbis inferri, sensusque
 haud satis expeditus esse videtur. Neque
 tamen propterea audaciori HVBIGANTII
 conjecturae, qui LXX interpretum et Hie-
 ronymi auctoritatem secutus legendum es-
 se censuit: על-בין-כל-פקודיה ישראל
 album calculum adjiciendum esse arbitror,

quoniam gratis id sumit, veteres hos quorum testimonio nititur legisse כל על ante כל, iique potius solum ל posterioris כל omis- sisse, et כ ejusdem vocis cum priore פקודי conjunxisse videntur. Neque magis arri- det VENEMAE sententia, qua פקודי לי ישרתי legendum esse statuitur, quoniam haec quoque, quamvis ingeniosa dici me- reatur, majorem quam necesse esse arbi- tror, textui masorethico vim infert. So- la potius litterarum divisione mutata lectio- nem genuinam, sensumque verum restitui posse credo, si legatur:

על-כן כל-פקודי לי-ישרתי
כל ארח שקר שיאתי

Propterea omnibus praeceptis tuis utor ad reditum meam, vel propterea omnia praecepta tua eo spectant, ut recta via du- car, ut ad virtutem, veramque felicitatem gressus mei dirigantur, ideoque semitam fal- sam, (vitiatorum tramitem aberrantem a le- gibus tuis) averfor. Favent huic conje- cturae non veterum solum interpretum

versiones, quae omnes lectionem פְּקוּדֵיהֶם
 produnt, sed usus etiam vocis יִשְׁרָהּ quae
 I Reg. III, 6. eodem significatu *reditudinis*,
virtutis occurrit, et analogia arabici هُدًى,
 quod centies in Corano eodem sensu exstat.

Sed haec haecenus sufficiant. Plura,
 eaque fortassis graviora magisque perpo-
 lita, alia occasione oblata dabimus.

DESCRIPTIO CODICIS 291 COLLATIONIS
KENNICOTTIANAE.

Data hac occasione liceat hujus codicis parum adhuc noti, neque ullibi uberius descripti, cujus ipse exemplar possideo, brevem addere descriptionem, et eas maxime notare lectionis varietates, in hoc codice obvias, quas vel silentio praeteriit KENNICOTTUS, vel parum recte excerptas cum lectoribus communicavit, memorabilesque iis addere punctationis a consuetis grammatices regulis aberrationes, qua re id saltem effici, novisque argumentis ab aliis, praecipue ab *illustri* MICHAELIS in descriptione codicis Casselani, jam assertum probari posse arbitror, in antiquioribus hebraei codicis editionibus, punctorum vocalium, signorumque diacriticorum positionem, permutationemque, liberiolem longe et minus certam fuisse, quam grammaticorum canones, ex recentioribus, masoretharum figmentis magis quam par est fide.

fidelibus, textus V. T. recensione derivati, credere nos jubent.

Codex iste, quem numero 291 KENNICOTTVS signavit, est editio psalmorum, Wittembergae ex officina Johannis Cratonis anno 1566. in forma octava minori emissa, sub titulo: ספר ההלים *Psalterium recens editum ac diligentissime correctum, declaratis etiam in fine dictionibus, quae in eo aliter leguntur quam scribuntur, per M. Hieronymum Opitium juniorem.* Sequitur tituli paginam dedicatio libri ad illustrissimum principem Augustum, ducem Saxoniae, S. R. I. Archimareschallum et Electorem, in qua editor occasionem hujus libri psalmorum edendi dedisse declarat, typographiae ab Electore Augusto magnis sumtibus ad juvandum Doctoris Johannis Draconitis consilium de editione pentapliblici (*) instructae vacationem, sumtusque erogatos esse monet a bibliopola Wittem-

(*) videantur de hoc Draconitis consilio ejusque parum felici effectu, quae S. R. MASCH in Bibliotheca sacra Part. I. Cap. III. §. X. p. 388-390 con-gessit.

tembergensi Samuele Selfisch. Excipit dedicationem carmen latinum de dignitate et usu lectionis psalmorum ad pium lectorem, a M. Martino Henrico Saganensi concinnatum, atque huic subiectum est, ne pagellae vacuae manerent, oratio Habacuci prophetae. Psalmi ipsi sunt numerorum signis distincti, atque in singulos versus divisi, quorum numerus, ut et psalmorum singulorum series, litteris hebraicis in margine, interdum vero minus recte, notatur. Praeterea margo exhibet lectiones Keri, easque non litteras solum, sed puncta etiam vocalia spectantes, quarum infra exempli loco nonnullas addemus. In fine libri annexa est, quam titulus annunciat, brevis explicatio dictionum, quae in libro psalmorum aliter leguntur quam scribuntur, manca admodum, et plures lectionis varietates in margine hujus editionis notatas praetermittens, finem illius sequuntur verba: כדפס פה וויטן בערב על ידי יוחנן

קראתו אשר כולד בעיר אוסינונען שהיא במדינה
 נאססאו בשנת ישענו אקתסו

Brevem hujus editionis psalmoreum descriptionem, quoad externam ejus formam, nec tamen in omnibus veritati consentaneam, dederunt, LE LONG in bibliotheca sacra p. 77. col. i. B. WOLFFIUS in Biblioth. hebr. Vol. I. p. 403. Vol. IV. p. 145 BAVMGARTENII *Nachrichten von einer hallischen Bibliothek* Vol. IV. p. 206. *Index biblioth. Wernigerod.* p. 35. et S. R. MASCH in Biblioth. sacra Part. I. Sect. I. §. 109. Editoris vero mentionem facit JOECHERI *Allgemeines Gelehrten Lexicon* Vol. III. p. 1083. KENNICOTTUS in dissertatione generali p. 94. illam in locis selectis collatam esse refert, in catalogo autem codicum inter 94 codices rarius citatos et minus utiles hanc quoque editionem numerat, neque in serie codicum ipsa illam recenset. Ad finem vero psalmoreum, parum sibi ipse constans, illam per totum collatam fuisse scribit, quamvis operis ipsius inspectio, et

accuratior hujus editionis collatio nos doceat, multas ejusdem lectionis varietates, memoratu utique dignas, quinimo singulares, a KENNICOTTO praetermissas, alias vel minus recte excerptas, vel mendose expressas esse, ut itaque supervacaneum esse non videatur, denuo hanc editionem antiquitate et lectionis varietate memorabilem conferre, errores atque omissiones in opere KENNICOTTIANO commissas corrigere, et unde haec editio originem ceperit uberius indagare. Equidem, quantum ex collatione lectionum variantium a KENNICOTTO excerptarum colligere licuit, vix a me impetrare possum, ut ex alia tantummodo prior editione textum nostrae repetitum esse arbitrer, nullo adhibito codice manuscripto. Quamvis enim cum aliis antiquioribus editionibus nostra saepissime in lectionis varietate consentiat, et bibliis Bombergianis, Plantinianis, Munsterianis, et praecipue editioni Brixiae 1494 impressae, qua Lutherus olim usus est, quamque

a B. W. D. SCHVLZE in libro singulari de-
 scriptam, numero 264 KENNICOTTVS in-
 signavit, in plurimis lectionibus adstipule-
 tur, saepius tamen ab horum quoque textu
 noster discedit, et plures ejusdem lectiones
 vel prorsus singulares sunt, eaeque saltem
 non omnes errori typosethae tribuendae,
 vel pauciores tantum inter codices a KEN-
 NICOTTO collatos testes inveniunt, anti-
 quitatis et ponderis haud contemnendi, ut
 v. c. Codd. 38. 39. 73. 80. 121. 148. 153. Du-
 bium itaque vix esse videtur, editionem
 hanc non ex antiquioribus solum editioni-
 bus expressum exhibere textum, sed ad
 fidem MStorum correctum refectumque,
 quod verbis fortasse in titulo libri insertis,
„diligentissime correctum” et asserto edito-
 ris in dedicatione: *“praestitimus, deo juvan-
 te, quanta potuit fieri cura et diligentia, ut
 emendatius prodiret in publicum”* innuitur.
 Dolemus interea non accuratorem hujus
 rei mentionem ab editore ipso factam esse,
 neque nobis indagare sollertius in hujusce
 edi-

editionis fontes licuisse, totamque hanc disquisitionem relinquimus iis, qui vel majore Codicum MStorum editionumque sub finem saeculi 15 et initio saeculi 16 publicarum copia abundant, vel diutius in hisce rebus versati, et ex frequentiore thesaurorum, in opere Kennicottiano et De Rossiano reconditorum, usu, majore experientia et judicandi facultate instructi, certiores in ejusmodi disquisitionibus sententiam ferre poterunt. Pergam itaque ad recensitionem variarum hujus editionis lectionum, quas tamen, ne taedium lectoribus moveatur, non omnes excerpere cupio, sed eas tantum exempli loco addam, quas memorabiles esse, atque ad judicium de hac editione ferendum aliquid facere posse arbitror, eo ordine servato, ut primum eas, quae litteras tantum spectant, enotem, deinde punctorum vocalium aberrationes notatu digniores describam.

Psal. II, 7. יִלְדֶּתָּ et in margine יִלְדֶּתָּ
v. 12. in margine חוֹסִים cujus lectionis, saepius

pius in hoc codice obviae, testes duos tantummodo KENNICOTTVS protulit, qui forte eandem exhibent, Cod. 1. et 76. in quibus ד vocis sequentis בִּי dilatatum supra rasuram reperitur: nostrum penitus omisit.

Pf. IV, 7. in margine נִשָּׂא. KENNICOTTVS hanc quoque lectionem omisit, et unicum ejusdem testem excitavit Cod. 245, qui a prima manu illam habuit, codicemque 30, antiquitate et lectionum praestantia insignem, qui נִשָּׂא habet, ideoque ex parte saltem cum nostro consentit.

Pf. V, 12. in margine iterum invenitur lectio חוֹסִים a KENNICOTTO praetermissa, neque alius Codicis K. suffragio confirmata.

Pf. IX, 1. על מות in unam vocem contractum exhibet, consentientibus 27 Codd. K. inter quos noster a KENNICOTTO non relatus est. v. 15. lectio marginalis תהלתך iterum a K. non notata.

Pf. X, 5. יחלו defective legitur, pro qua varietate praeter nostram editionem unus tantum testis a K. excitatur, Cod. 283. ed. bibl.

bibl. Munster. secunda Basil. 1536. edita. v. 9. in margine בסכר Cod. K. 82. forte, 180. 254. in margine eandem lectionem exhibent, nostrum K. silentio praeteriit.

Pf. XVI, 5. in margine expressa est lectio תוֹמֵד, pro qua 23 Codd. testes affert K. omisso 291. Videantur quae de hac lectione notavit *ill.* MICHAELIS in Biblioth. Orientalis P. I. p. 178. v. 6. in margine legitur נַחֲלָה, quam codicis nostri varietatem K. omisit, quinque tantum ejusdem testes afferens, inter quos 153 Butzoviensis Tychsenii, et 156 Carlsruhensis, saepius cum nostro consentiens. v. 10. in margine חסידך

Pf. XVII, 13. pro פני פני legitur פני, quod sensum fundit haud contemnendum: *mihī occurre, in auxilium mihī adsis*, sed testibus destituta haec lectio, nullum enim alium K. affert codicem qui ita legat, nostrum ipsum minus recte *primo* sic legisse asserit. Fortassis ex conjectura haec lectio orta, quae nimis bonum praebet sensum, quam ut vel scribae vel typographi errori tribuenda

enda esse videatur. Editio altera Wittembergae ex officina Joh. Cratonis 1576 edita habet פניו.

Pf. XVIII, 35. pro ונשתה legitur ונחתה nullo codice *K.* consentiente, nostroque ipso a *K.* male collato. Ait enim *K.* Cod. 291 omittere ה, neque ע loco ה positum esse memorat. In editione altera legitur ונחתה. Vide quae de hac lectione insigniori supra scripsimus in observatione ad hunc locum. v. 46. in margine legitur transpositis litteris ויחגרו, consentientibus 10 Codd. *K.*, et loco parallelo 2 Sam. XXII. *K.* hanc quoque codicis nostri lectionem silentio praeteriit.

Pf. XIX, 14. in margine lectio אָפֶם deprehenditur, a *K.* omissa, et 5 Codd. *K.* testimonio firmata, de qua videantur superius in observatione ad hunc locum notata. In eodem versu omissa codicis nostri lectio ונקתי.

Pf. XXII, 17. In textu legitur כִּאֲרִי, in margine כִּאֲרִי et כִּרִי. Lectio textualis alterius

rius etiam, in margine non expressae, puncta vocalia conservavit, sunt enim illa conflata ex punctis vccis כְּאֲרִי et vocis בְּאֲרִי v. 22. addendus 291 collationis *K.* testibus pro lectione וְאֲמִים, quam in margine exhibet.

Pf. XXIV, 1. in margine, ad quem circellus masorethicus positus supra vocem וְיֹשְׁבֵי plene hic scriptam, (ut iam notavit *K.*) lectores ablegat, reperimus lectionem וְיֹשְׁבֵים a *K.* omissam, neque ullo alius codicis *K.* testimonio firmatam, quam tamen nonnihil valere posse arbitror in iudicio de hoc codice ferendo, quoniam ipsi peculiaris esse videtur haec lectio semper a *K.* omissa, quamvis ter in voce יֹשְׁבֵי, et bis in voce חוֹסֵי sequente בּוּ vel בָּהּ obvia, quae tamen, cum nullibi consentientes habeat testes in collatione *K.*, correctorem magis sapere videtur, ad consuetam scribendi normam grammaticesque regulas scriptionem refingentem.

Pf. XXV, 7. in recensione testium pro lectione הטאה 291 apud *K.* addendus, qui eandem in margine habet.

Pf. XXVI, 4. pro ע lectio singularis occurrit א , quam *K.* jam attulit, idem in editione altera anni 1576 legitur, neque inter menda typographi illam referre dubitarem, nisi saepius in hoc codice similis inveniretur litterarum gutturalium החעא permutatio, cujus aliquod exemplum jam supra Pf. XVIII, 35. adnotavi, et alia infra occurrent, ideoque scribam potius codicis manuscripti, unde editio nostra expressa est, in hunc errorem, vel male audiendo, vel minus recte pronunciando hasce litteras, incidisse arbitror.

Pf. XXVII, 12. 17 Codd. *K.* qui עידוי plene scriptum habent, addendus est 291 . a *K.* praetermissus.

Pf. XXVIII, 7. pro lectione consueta, sed a grammaticis hebraicae ratione aberrante, אהודנו in margine legitur אודנו linguae hebraicae magis consentaneum, cu-

jus tamen lectionis neque nostrum neque alium codicem testem *K.* protulit.

XXX, 9. pro altero יהוה legitur אדני, non referente *K.* nostrum cod. in testium hujus lectionis numerum.

Pf. XXXII, 1. pro נשוי legitur in margine נשוא, consueto loquendi mori magis congruens, quod ex unico tantum codice 41. eoque recentiore et minus memorabili *KENNICOTTVM* enotasse miror.

Pf. XXXVI, 6. in margine legitur בשמים, cujus lectionis quatuor tantum testes Codd. 35. 80. 148. 255. profert *K.* nostro codice plane omisso.

Pf. XXXVII. deest versus sextus, ut *KENNICOTTVS* jam notavit, in hoc codice 291, consentiente in hoc defectu codice 178. In nostro vero non tam scribae codicis, quem editio nostra sequi videtur, quam typosethae errori hunc defectum tribuendum

dum esse arbitror, tum quoniam versus 5. paginam praecedentem claudit, ideoque fieri facile potuit, ut v. 6. qui novam paginam incipere debuisset oculorum errore omitteretur, tum quia versusum numerus, in margine litteris hebraicis notatus, nihilominus non immutatus est, rectoque ordine procedit, tum denique quia in altera hujus psalterii editione versus hic insertus est. v. 9. et 11. ירשו defective, v. 13. יבוא plene scriptum exstat, quarum varietatum alteram KENNICOTTVS non notavit.

Pf. XXXVIII, 16. Loco כִּי legitur כִּי, ex mendo ut videtur typothetae, nullo Codice K. assentiente, neque nostri codicis varietate a K. animadversa. In editione altera hoc mendum correctum est.

Pf. XXXIX, 13. Ante שוּעָתִי omissum est ו copulativum, quod inter codd. K. solus 264, editio Brixienfis anni 1494 qua Lutherus olim usus est, et 38 omittunt. Nostrium hic quoque silentio K. praeteriit.

Pf. XL, 17. ante יאמרו legitur ו copulativum, quod 52 Codd. K. exhibent, in quorum tamen numerum noster a K. non relatus est.

Pf. XLI, 6. lectio singularis exstat codicis nostri יומר a K. jam notata. In editione altera legitur יאמרו v. 12. pro ידעתי legitur ידעת, apertumque haec quoque variatio mendum typhothetae prodit, qui loco ד festinante manuprehendisse videtur, ideoque in altera etiam editione legitur ידעתי. Interea errori hic quoque KENNICOTTVS obnoxius fuit, dum ידעתי Codicem 291 habere tradit.

Pf. XLII, 9. in margine legitur שיר, consuetae scribendi rationi magis accommodatum, quam lectionem in 5 tantummodo codd. textu, in uno a prima manu, in uno forte, atque in duorum margine K. invenisse, nostrum prorsus omisisse miror.

Pf. XLIV, 14. pro תשימני legitur תשימני, cujus lectionis, quam contextus hujus

commatis, et sequentia suffixa pluralia respiciunt, praeter nostrum, solum 73, qui minoris utique pretii est, testem K. invenit.

Pf. XLV, 3. pro הַיִּצֵּק quod circello masorethico signatum est, legitur in margine הַיִּצֵּק eodem sensu a כִּצֵּק derivandum, quam lectionis varietatem neque ex nostro, neque ex alio ullo codice K. enotavit. v. 18. pro יְהוֹדִיִּךְ quod circello notatum est, in margine exstat יוֹדִיִּךְ ex orthographiae consueta ratione, eandem lectionem in textu exhibentibus duobus tantum codd. K. (38. quocum ter in lectionibus ejusmodi fere singularibus consentit, vide supra notata ad Pf. XXXIX, 13. et 255, editio Psalmorum antiquissima maximique momenti anni 1477, de qua videatur K. dissertatio generalis §. 59.) nostroque iterum silentio praetermissio.

Pf. XLVIII, 15. voces עַל-מוֹת, quas masorethicae editiones separatim exhibent, in unam vocem עַל־מוֹת contractae leguntur, ideoque addendus est Cod. 291 qua-

draginta tribus Codd. K., quorum testimonio haec lectionis varietas nititur, simulque LXX interpretum, Arabis, Vulgati, et Chaldaei, atque multorum interpretum iudaicorum et christianorum translatio confirmatur.

Pf. L, 22. pro זרה legitur זרה, cujus varietatis neque nostrum, neque alium ullum codicem testem K. memorat.

Pf. LV, 16. In margine, ad quem circellus supra vocem ישימיה positus ablegat, legitur haec vox in duas divisa ישי מיה, adstipulantibus 36 Codd. K. inter quos noster non relatus est, eandemque vocum divisionem jam exprimentibus LXX. Vulg. Ar. Syr. et Chald. Symmacho et Aquila. Vix enim necesse est, ut aliter יביא aut יביא pro ישי legisse putemus LXX. Vulg. et Ar. qui habent: *veniat mors super eos*, aut Syrum et Aquilam, qui vertunt: *adducat mortem in eos*, liberius potius illos interpretatos esse arbitror, vocem ישי derivatam a נשי in H. *imponet illis, decipiet eos*,
vel

vel ut Symmachus optime expressit: αἰφνιδίως θανάτος ἐπελθοῖ αὐτοῖς *repente inopinato illis superveniet mors.*

Pf. LVII, 7. lectio marginalis codicis 291 iterum addenda est lectioni 20 Codd. K. qui שוחה pro שיחה habent.

Pf. LVIII, 5. Loco prioris חמה, quod regulis grammaticis minus convenit, legitur in margine חמה, quam variationem, vel potius uti videtur correctionem masorethicam ex nullo codice K. enotavit.

Pf. LX, 2. pro שנים quod in textu existat, in margine legitur שני, cujus iterum lectionis nullum apud K. vestigium apprehenditur. In margine editionis secundae est שני. v. 4. in margine legitur רפא cujus lectionis tres tantummodo testes Cod. 101. 206. 245. qui certe illam habent, et Cod. 201. qui forte eam habuit, omisso nostro KENNICOTTVS excitat. v. 13. formae anomalae ערה in margine codicis nostri substituitur lectio ערה, consueto loquendi usui hebraico magis conveniens, quam ex qua-

tuor tantum collationis suae codicibus, 73, 74, 97. 121. omisso nostro excerptam dedit KENNICOTTVS.

Pf. LXV, 10. pro רבה quod circello notatum in margine exstat רבה, quod ex solo codice 274 (editione psalmorum impressa Isnae fol. 1542 cum comment. Kimchii, de qua videatur *Bibliotheca sacra Le Longio-Maschiana* P. I. p. 144 et DE ROSSI *de ignotis nonnullis hebraici textus editionibus.*) KENNICOTTVS enotavit.

Pf. LXIX, 32. addendus est Cod. 291, triginta et octo Codd. K. qui מקרין plene scriptum exhibent. v. 33. iterum omissa est a K. lectio וישמחו in qua 35 Codd. et LXX. Vulg. Ar. Aeth. Chald. et Syrus cum nostro consentiunt, et qua adoptata nexus verborum melius cohaeret.

Pf. LXXI, 3. pro מעתו legitur מעתו, quod 15 Codd. K., unus a prima manu, unus nunc, et unus forte exhibent, inter quos noster a K. non relatus est. Consentiunt

tiunt in hac lectione Chald. LXX. Vulg. Ar. Aeth.

Pf. LXXII, 16. pro יראש legitur ירעש, quam lectionem singularem *K.* etiam enotat. Ex mendo tamen illa orta esse videtur typographi, nam editio altera habet ירעש, quod fortasse addita voce *primo K.* exprimere voluit, quamvis alteram a se collatam esse non memorat. Consentire tamen hic etiam videntur LXX interpretes, Vulg. Ar. Aeth. qui omnes: *extolletur vel elevabitur* hic habent; verbum fortasse a ראש caput derivantes.

Pf. LXXIII, 8. pro ימיקו in margine legitur ימקי silentio a *K.* praetermissum.

Pf. LXXVII, 20. in margine est, ושבילך in quo plures Codd. *K.* et e versionibus antiquis Chaldaica consentiunt cum nostro, a *K.* praetermissio.

Pf. LXXVIII, 15. pro כהומוה in nostro legitur בהומוה assentientibus multis Codd. *K.* quibus noster addendus est, falsoque hic a *K.* Cod. 291 tribuitur lectio

כַּתְּהוֹמוֹת v. 25. in Cod. 291 legitur צַדָּה defective, in quo permulti Codd. collationis *K.* consentiunt, altera autem editio hic mendo typographico ortam lectionem דַּצָּה exhibet. v. 38. initio posita est vox חַצִּי, quae sine dubio medium hujus psalmi vel totius psalterii hic innuere debet, KENNICOTTVS hanc lectionis varietatem non observavit, consentiunt tamen cum nostro 16 Codd. *K.* qui vel novum psalmum hic incipiunt, vel saltem voces וְהוּא רַחוּם, aut primam vocis וְהוּא consonam, litteris majoribus scriptam habent. Eadem vox חַצִּי in Psalterio apud Frobenium Basil. 1547 impresso exstat, quod apud *K.* numero 267 signatum est, et per totum collatum esse dicitur, quamvis haec lectionis varietas cum multis aliis, quae ibi obviae sunt, omititur. v. 63 pro הוֹלִלּוּ legitur הַלִּלּוּ consentientibus 45 Codd. *K.* et Arabe. v. 65. in margine est Keri וַיִּקַּץ, quod etiam in Codd. 94 et 121. textu *K.* invenit. v. 68. pro אֵת legitur עַתָּה tam in nostro codice, quam in altera

altera ejusdem editione supra laudata, aperto ut videtur typographi mendo, nisi haec quoque lectionis varietas, a K. etiam animadversa, ad idem genus referenda est, quam altera Pf. XVIII, 35 et XXVI, 4. notata.

Pf. LXXIX, 4. plene legitur לשכינינו, assentientibus 13 Codd. K. quibus noster addi debuisset.

Pf. LXXX, 14. ע in voce יער suspensum est, addita in margine nota masorethica: ד אותיו תלווה, quae etiam in margine alterius editionis exstat, quamvis ibi ע non suspensum est.

Pf. LXXXI, 4. in margine est Keri ככסא quod 18 Codd. K. exprimunt, in quorum tamen numerum noster a K. non relatus est.

Pf. LXXXVI, 11. ante vocem שמך circellus masorethicus positus, et in margine vox אה inferenda in textum expressa est, in qua lectione consentiunt 23 Codd. collationis K. qui in textu illud habent, et unus qui in margine illud addidit, cod. 93, le-

tionum varietate et antiquitate scriptio-
nis insignis; noster iterum a K. omissus est.

Ps. LXXXIX, 13. pro וַיִּמִּין legitur וַיִּמִּים,
quam lectionem singularem minus recte
enotavit K., † supra rasuram positum esse
in codice 291 asserens. Memoratu haec
lectio eo magis digna esse videtur, quoni-
am probum et fortasse meliorem quam
consueta admittit sensum, dummodo ver-
tas: *abyssum (צפון) et maria tu creasti*, qui-
bus deinde opponuntur montes Hermon
atque Tabor, ut itaque sensus existat: *to-
ta terra, tam intimi ejus recessus et profun-
da maria, quam altissimi montes te creatorem
agnoscunt et celebrant.* Praeterea etiam
minus convenit tabulis geographicis vulga-
ris hujus versus explicatio, qua quatuor
mundi plagas hoc versu describi interpre-
tes arbitrantur, cum Tabor et Hermon
non ita longe a se invicem distent, ut poe-
ta, praesertim si Hierosolymis ille hoc car-
men composuit, diversas coeli plagas ori-
entalem et occidentalem, horum montium
men-

mentionem facta, innuere potuerit. Confirmatur etiam hac lectione LXX. interpretum, Vulgati, Arabis, atque Aethiopsis versio, qui omnes וימים vel וימים hic legisse videntur. Silentio interea praeterire nequeo alteram hujus psalterii editionem lectionem masorethicam hic sequi. v. 18. pro אלהא legitur אלהא quod K. etiam enotavit; sed hic quoque altera editio correctoris prodit manum, et אלהא exhibet. v. 27. ante ו צור omittitur ו copulativum, quod iterum altera editio addit; consentiunt in hac codicis nostri lectione Cod. 271, 274, 275. collationis K. noster vero a K. praetermissus est.

Pf. XCIV, 19. KENNICOTTVS in catalogo Codd., qui סרעפי habent, omisit nostrum, in margine hanc lectionem exhibentem.

Pf. XCVI, 3. ante כבודו positus est circellus masoreticus, et in margine additur vox אה, quam 23 Codd. K. (in quorum nu-

numerum noster a K. relatus non est) inserunt in textum.

Pf. XCVII, 7. in margine est Keri וישבים, cujus in collatione K. neque noster, neque alius codex testis laudatur. Videtis quae supra ad Pf. XXIV, 1. de hac lectione monita sunt.

Pf. XCIX, 6. in margine est Keri קרים, cujus nullum testem K. affert.

Pf. CI, 3. addendus est noster, qui in margine habet שטים, multis Codd. K. eandem lectionem exhibentibus. v. 5. etiam noster a K. in enumeratione testium pro lectione מלשני praetermissus est.

Pf. CII, 5. pro הוכה in margine legitur הקה, quod 26 Codd. K. habent, in quorum numerum noster non relatus est.

Pf. CV, 11. pro חבל legitur חבל apertomendo typographico, quod jam in altera hujus psalterii editione correctum est. v. 18. in margine est lectio Keri רגלו pro qua, omisso nostro, complures alios Codd. testes excitavit KENNICOTTUS.

Pf. CVI, 18. pro ותבער legitur ותבער
mendo typographi, quod in altera editio-
ne emendatum est.

Pf. CVII, 27. addendus est noster 14
Codd. K. qui וינעו defective scriptum ex-
hibent. v. 34. iterum omissa est a K. lectio
זר Keri וישבים, de qua vide supra ad Pf.
XXIV, 1. dicta.

Pf. CVIII, 11. legitur in nostro יובילני,
K. vero minus recte illum in numerum 47
Codd., qui יובילני legunt, retulit. v. 13. in
margine existat Keri עורה, quam varieta-
tem, omisso nostro, ex duobus tantum
Codd. 38, qui a prima manu, et 156, qui
forte illam habet, KENNICOTTVS enota-
vit: eandem jam in Pf. LX. versu 13. noster
exhibet, ut supra notatum.

Pf. CIX, 29. addi debet noster multis
Codd. K. qui שטני defective legunt.

Pf. CXII, 3. pro עומרה legitur עומרה,
mendo ut videtur typographico, nam ver-
su nono recte legitur in eadem sententia
עמרה, et altera editio hic quoque עומרה le-
git.

git. KENNICOTTVS hujus etiam menditionem non fecit.

Pf. CXV, 7. pro יְמִישׁוֹן in margine exstat יִמְשׁוֹן, quae lectio consuetae praeferenda esse videtur, cum מַשַׁשׁ palpare melius conveniat nexui orationis, et saltem anomalia permutationis verborum מַשַׁשׁ et מִשַׁשׁ hac lectione superflua redditur. KENNICOTTVS e solo Codice 259, editione Hagiographorum Neapoli 1487 fol. impressa, hanc lectionem enotavit, omisso Cod. 291.

Pf. CXVI, 6. in margine legitur פְּתִיִּים, cujus iterum variationis nullus a K. testis laudatur; in eodem versu pro יְהוֹשִׁיעַ in margine exstat יוֹשִׁיעַ, regulis grammatices hebraicae magis conveniens, quod neque in nostro, neque in alio Codice K. animadvertit.

Pf. CXVIII, 12. pro דַּעְבוּ in prima hujus psalterii editione legitur דַּעְבוּ, ex mendo scribae aut typographi, nullo etiam collationis K. codice consentiente. v. 14. in margine

gine exstat והמרהי, quod tum praecedens עזי, tum sequens י in voce יה, quod tam facile elisionis ultimi י post ה occasionem praebere potuit, tum interpretis Alexandrini, Vulgati, Arabis, Aethiopsis, Syri et Chaldaei auctoritas vulgari lectioni praeferre jubent. Jure itaque miramur in collatione K. omissam esse hanc codicis nostri variationem, et solum codicem 153 hujus lectionis testem inveniri, neque temperare nobis possumus a suspicione, minus accurate collatos hic esse codices, praesertim cum saepius accidat, ut י cum antecedente ה conjunctum, ejus superiori lineae ita annectatur, ut oculus collatoris fallere facile possit.

Pf. CXIX. Omissae sunt a KENNICOTTO plurimae lectiones in margine Codicis nostri expressae, quibuscum amplius codicum K. numerus consentit, sic v. c. legitur v. 37. בדרכיך v. 41. חסדיך v. 43. משפטך v. 101. כליתי v. 147. לדברך v. 161. ומדברך v. 175. ומשפטך.

Pf. CXXVII, 2. in margine exstat Keri שבה, quod tum omnium interpretum antiquiorum testimonio, tum plurium Codd. K., (quibus nostrum addere K. oblitus est) auctoritate firmatur.

Pf. CXXXII, 4. pro שבה in margine legitur שבה, in quo consentiunt Cod. 128. 168. K., et ex parte etiam Cod. 38, qui שיבה legit, nostrum hic quoque silentio K. praeteriit. v. 14. legitur עותיה pro אותיה: neque dubitarem hanc quoque lectionis varietatem mendo typographi tribuere, nisi tum eadem, quae supra ad Pf. XVIII, 35. XXVI, 4. LXXII, 16. LXXVIII, 68. dicta sunt, de hac quoque valere possent, tum sensus ex hac lectione prodiret sat bonus, dummodo conferatur arabicum ع-ب-ح pro ع-ب in Conj. II. *substitit alicubi, peculiariter circa extremam noctem, quietis capiendae ergo.* cf. CASTELLI Lexicon Heptagl. p. 2694. tum denique altera etiam hujus psalterii editio, quae saepius errores, qui in priorem mendo typosetiae irreperunt,

correxit, eandem lectionem exprimeret. Quamvis itaque vulgaris lectio praeferri mereatur, praesertim quoniam in versu priore etiam אֵרָא eodem sensu positum est, tamen scribae potius errori aut conjecturae, quam typosetae aberrationi hanc lectionem nos debere arbitror, quam ut plurimas huic codici singulares prorsus omisit K.

Pf. CXXXV, 7. pro מוֹצֵי־אֵרָא legitur מוֹצֵי־אֵרָא in margine, quam codicis nostri lectionem, a K. non notatam, in textu etiam expriment cod. 39, 148, 153.

Pf. CXXXVIII, 3. pro תִּרְחַבֵּנִי legitur תִּרְחַבֵּנִי, quod sensum multo faciliorem aptioremque largitur, quam vulgaris lectio. Utut enim illud תִּרְחַבֵּנִי vertatur, sive *terribilem me reddis*, sive *corroboras me fortitudine animi*, multo sane melior, et antecedentibus aequae ac sequentibus verbis convenientior videtur sententia: *in lata spatia me educis*, i. e. *liberas me ex miseriis meis*, et *fortitudine animi me instruis*, sive

ut S. V. DOEDERLEIN, qui ex conjectura eandem lectionem secutus est, verba transtulit: *amplias me, hinc tota mens laudibus occupatur.* Eandem etiam lectionem Chaldaeus interpres exprimit, אִסְדַּעַתִּי *multiplasti, amplum fecisti me.* Nullus itaque dubitarem consuetae lectioni hanc praeferre, nisi illa partim destitueretur testimonio codicum KENNICOTTI, quos tamen hic minus sollicitè examinatos esse, ex omissione lectionis hujusce memoratu dignissimae Codicis 291 suspicio oritur, partim lex critica, qua difficilior lectio facilio-ri praeferenda est, lectioni masorethicae faveret, nostrique codicis varietatem in conjecturarum ingeniosarum numerum referre juberet.

Pf. CXXXIX, 20. pro יִמְרוּךְ legitur in margine יִמְרוּךְ consuetae scribendi rationi magis conveniens, quod omisso nostro ex 31 aliis Codd. K. jam enotavit. In eodem versu pro גִּשְׁוֹא in margine exstat גִּשְׁוֹ, cuius

cujus iterum variationis nullus a K. testis laudatur.

Pf. CXLIV, 2. addendus est Cod. 291 permultis aliis Codd. collationis K. qui pro עמי rectius legunt עמים, quod e veteribus etiam Chaldaeus, Syrus, et Hieronymus, in versionibus suis exprimunt. In eodem versu minus recte KENNICOTTVS asserit Cod. 291 primo legisse הרור, cum in utraque hujus psalterii editione potius legatur הרור, quod tamen mendo scribae magis quam typosethae tribuendum videtur.

Pf. CXLVII, 1. Singularis exstat codicis nostri lectio in utraque editione, זמר, pro זמרה, a K. jam notata, quae tamen magis ex conjectura scribae orta esse videtur, cum sensum faciliorem praebet, quam vulgaris lectio, neque codicis ullius, neque versionis antiquae auctoritate confirmetur.

In fine psalmorum subjecta sunt verba הם ונשלם, quam notam alii etiam codices et editiones addunt.

Restat ut de punctis vocalibus, eorumque in hoc codice varietate, pauca dicam. Aberrat itaque a vulgata ratione regulisque nostris grammaticis *Komez Chatuph*, cui semper adjectum est *Schya*, quod in permultis codd. et editionibus antiquioribus fieri ab aliis jam observatum est; (duplicem tantum ab hac scribendi ratione aberrationem reperire potui, alteram in voce כּל quae sequente Makkeph semper figuram (׳) sine (׳) subjectam habet, alteram Ps. LX, 2. ubi וַיִּשָׁב in utraque editione scriptum exstat.) *Cholem ante Schin*, quod nunquam cum puncto supra dextro cornu litterae posito contractum, sed semper juxta illud positum deprehenditur, sed post *Sin* semper cum puncto litterae in unum contrahitur: *Schva compositum*, quod saepius substituitur simplici in fine syllabarum posito, v. c. Ps. III, 7. מִרְבֹּבֹת Ps. V, 6 הוֹלִלִים Ps. VIII, 3. עוֹלִלִים Ps. IX, 14. מְרוֹמָמִי X, 5. צוֹרְרֵי saepius etiam permutatur cum simplici sub litteris gutturalibus:

v. c. Pf. XII, 7. בַּעֲלִיל; *Dagesch*, quod saepe
omittitur, saepe alieno loco ponitur, ita
ut vix dubitem *Dagesch* neutrum nostro
quoque codici vindicare, quod in codice
Cassellano *ill.* MICHAELIS saepius animad-
vertit: probant id saltem exempla complu-
ra, ubi ita positum invenitur hoc punctum,
ut neque *Dagesch* fortis, neque lenis lo-
cum tueri possit, v. c. in וּ vocis רַעֲמִים Pf.
XCVI, 13. in מּוּ priori vocis מִזְמוֹר Pf. VIII,
1. in בּוּ vocis וּבֵית Pf. XLV, 11. Praeterea
saepius longae occurrunt vocales, ubi bre-
ves grammaticorum canones poscunt, et
vice versa breves longarum loco, v. c.
Pf. II, 7. אָפָה v. 12. in margine בַּר in textu
בָּר Pf. V, 5. אָפָה Pf. VII, 5. וְאַחֲלֶצְהָהּ pro
וְאַחֲלֶצְהָהּ v. 9. גַּתְּשָׁף pro גַּתְּשָׁף Pf. IX, 7.
כֹּדֶעַ pro כֹּדֶעַ Pf. X, 14. גַּתְּשָׁף
pro גַּתְּשָׁף v. 17. חִלְכָּהּ pro חִלְכָּהּ; saepius vocales positæ sunt
loco Schva, v. c. Pf. IV, 9. אֲשַׁכְּבָהּ pro
אֲשַׁכְּבָהּ Pf. VI, 6. לָהּ pro לָהּ; Metheg et
Makkeph saepe omissum, saepius etiam
alieno loco positum est. Sed levia haec
sunt,

sunt, adeoque trita ut vix necessarium esse possit, plura ejusmodi a consuetis grammaticis regulis dissensus addere exempla, finemque imponere toto huic labori, quam taedium movere lectoribus malim, notatis tantummodo paucis adhuc locis, quae ita a vulgata punctorum vocalium lectione abhorrent, ut alius inde sensus elici, aliaeque interpretationes suppeditari possint.

Pf. I, 1. in margine חֲטָאִים VII, 6. in margine יִרְדָּף XI, 6. מִנֵּת pro מִנֵּת XVI, 5. מִנֵּת in margine XVII, 5. in margine נִמְשֵׁי XLIX, 15. מִזְבֵּל sine Dagesch forti in littera ז, quod consentaneum est plurium interpretum votis, vid. S. V. KNAPP ad h. l. L, 23. וְשָׁם in margine וְשָׁם LXIII, 11. in margine מִנֵּת LXXVIII, 63. הִלְלֵי quod sensum praebet: *virgines eorum non laetantur, victoriae festos dies non celebrant*: cf. Pf. LXVIII, 12. 26. et quae contra vulgarem hujus vocis interpretationem monuit *ill. MICHAELIS in Suppl. ad Lexica hebr.* p. 539. in altera autem psalterii editione exstat הִלְלֵי LXXXIX,

10. בְּשׂוּיָא quod favet conjecturae *ill.* MI-
CHAELIS in Bibl. Orient. P. XIX. p. 140.
expositae, sed altera editio habet בְּשׂוּיָא
CXVIII, 10. 11. 12. in margine אֲמִילִים in te-
tu אֲמִילִים CXXXVII, 7. עֵד pro עֵד.

ad hunc quod fuerat conuictus in his
 causis in publicis P. M. p. 174
 etiam sed ad hoc edito habet
 CVM SOLI IN ANTIQVA
 DE P. M. CXXXII. P. 174

THESES.

I.

In re critica veteris Testamenti longe majorem praebent usum versiones antiquae, quam codices hebraei.

II.

Conjectura critica in restituendo textu hebraico carere neutiquam possumus.

III.

Textus Pentateuchi Samaritanus hebraico posthabendus est, quoniam ejus integritas plus damni a correctorum et scribarum arbitrio passa est, quam authentia textus hebraici.

IV.


Versio Alexandrina non ex codice hebraeo graeci litteris scripto, sed vel ex pure hebraico, vel quoad Pentateuchum ex textu samaritano facta est.

V.

A Judaeorum religione et historia nihil omnino in mythologiam graecam fluxit.

VI.

Lingua hebraica carere vocalium signis nunquam potuit, qualia autem nunc habemus puncta vocalia signaque diacritica recentioris aevi sunt.



Inches

1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Centimetres

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

